

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 91. Hæ propositiones ad rogum damnatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

**Sæcul. XV.** *sione Luciferi a Regno Paradisi, & Phineus pro occidente Ducis Zambri.*

VII. *Rex debet plus amare, quam prius illum, qui occidit, vel occidi facit Tyrannum supra nominatum modis supra dictis, & debet facere prædicari suam fidem & bonam fidelitatem suam per Regnum suum & extra facere publicari per literas.*

VIII. *Litera occidit, spiritus autem vivificat, hoc est dicere, quod semper sensum litteralem servare in Scriptura sacra est occidere animam suam.*

IX. *In casu Societatis, juramenti, promissionis, seu confœderationis factarum ab uno milite ad alterum, quocunque modo illud fiat, aut fieri possit, si contingat, quod illud vertatur in præjudicium unius promittentium ad confœderationem, sponsæ sua, aut suorum liberorum, ipse de nullo tenetur eas observare.*

### §. XCI.

*Propositiones Joannis Parvi ad regum damnatae.*

**P**ostquam hæc novem assertiones a Doctribus per plures dies a decima nona Januarii computandos examini subiectæ fuerant, tandem quinta & ultima Sessio ad percipienda eorum suffragia die duodecima Februarii celebrata fuit.

Cum

Cum ergo potior illorum pars Joannis Par- Sæcul. XV.  
vi apologiam, sub titulo, *Justificatio Du-* A.C. 1414.  
*eis Burgundiaæ*, necnon novem illas pro-  
positiones ex ea depromptas condemna-  
ret, die vigesima tertia Februarii a Pari-  
siensi Episcopo, ac ab Inquisitore hære-  
ticæ pravitatis in omnes istos libellos pœ-  
na rogi decreta, hæcque sententia die  
vigesima sexta ejusdem Mensis promul-  
gata, atque executioni data est. Hæc  
igitur Joannis Parvi doctrina tanquam  
erronea in fide, bonis moribus contraria,  
& scandalosa damnatur, & dicti libri ex-  
emplaria ad Episcopum deferri jubentur,  
omnibus autem supradictas assertiones  
defendere vel docere severis pœnis in-  
hibetur.

### §. XCII.

*Hæc sententia a Rege publicis literis  
firmata.*

Die decima sexta Martii ejusdem anni  
Rex ad omnes suos Senatus regias  
expedivit literas, quibus Parisiensis Epi-  
scopi, necnon Inquisitoris sententiam ra-  
tam habuit, atque in tabulas publicas  
referri præcepit. Nihilominus Parisien-  
sis Parlamenti actis inserta non fuit, nisi  
primum die decima quarta Junii Anno  
Salutis millesimo quadringentesimo de-  
cimo sexto.

*N.D.Q.*  
Aa 3

§. XCIII.